

38

LIBER

Renuntiata ad suos, illi se, quae imperarentur, facere dixerunt. Armorum magnam multitudinem de muro in fossam, quae erat ante oppidum, iacta, sic ut prope summam miseri, aggerisque altitudinem acerui armorum adaequarent. Et tamen circiter parte tertia (ut postea compertum est) caelata, atque in oppido retenta, portis patefactis, eadem die pace sunt usi. Sub vesperum Caesar portas claudi, militesque ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent. Illi ante inito (ut intelletum est) consilio, quod deditioe facta, nostros praesidia deducturos, aut denique indulgentius servaturos crediderant, partim cum his quae retinuerant, et caelarent armis, partim, scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quae subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant, tertia vigilia, qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter (ut ante Caesar imperaverat) ignibus significatione facta, ex proximis castellis eodem concursus est: pugnatumque ab hostibus ita acriter, ut a viris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco contra eos, qui ex nullo, turribusque tela iacerent, pugnari debuit, cum una virtute omnis spes salutis consisteret. Occisis ad hominum millibus quatuor, reliqui in oppidum reiecti sunt. Postridie ejus diei refractis portis, cum iam defenderet nemo, atque intrumissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi uniuersam Caesar uendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est millium quinquaginta trium.

Eodem

Aduaticorum deditio.

38

Rebellio ac eruptio Aduaticorum.

Oppidi Aduaticorum excidium.